

25  
Matthias Lubienſki Dei & Aplicæ Sedis gr̃a Archiep̃s Gneſñ  
Legatus Natus Regni Poloniae Primas & primus Princeps

Significamus præſentibus literis noſtris, quorum intereſt vniuerſis. Quia nos commendatam & exploratam habentes prom-  
ptitudinem obſequiorum, Nobis & Antecęſſoribus noſtris circa rem Ōeconomicam Clauis Lyſkouicę per N. Ioannem Piotrowſki  
a plurimis annis fideliter & diligenter præſtorum, volentesq̃, ad eadem obſequia diligentiore & alacriore reddere, atq̃, ne la-  
boribus ad prædium Lyſkouicę ex vno manſo agr̃i quem vna cum H. Regina conſorte ſua poſſidet, ab obſequiis Curia Lyſkouicę  
abſtrahatur, ipſam prædictamq̃, eius conſortem ad vitæ vtriuſq̃, tempora à laboribus omnibus ad quos præſtandos intuitu poſſoñis  
dicti manſi obligabantur, & alij in villa nr̃a Lyſkouice Coloni obligantur, liberum facimus. Subſtat habitione tamen Illr̃um  
& Adm̃ Rndor̃um Dnor̃um Prælatorum & Cancor̃um totiuſq̃, vniuerſi Capli Alma nr̃a Eccleſia Metropolitana Gneſnē Fr̃um no-  
ſtrorum chariſſimorum, & cum ea conditione, vt quamdiu ydem Coniuges vixerint, raõne laborum a quibus eximuntur, & perfic-  
num omnium ex eodem manſo iuxta Inuentarium bonor̃ Clauis Lyſkouicę prouenientium, ad theſaurum noſtrum florenos tri-  
ginta Polonicales ſingulis annis pro feſto S. Martini Ep̃iſcopi & Confęſſoris ſoluere teneantur. Promittimus autem pro nobis &  
Illr̃is Succęſſoribus noſtris, quod quamdiu præſatus N. Ioannes Piotrowſki, cum ſua conſorte vixerit ipſum & ipſos ad præſtandas  
labores non cogemus. In quorum oĩum fidem præſentes manu nr̃a ſubſcripſimus & ſigillo coĩri iuſſimus. Datum Louic̃ die Octaua  
Mensis Aprilis, Anno Dni Milleſimo Sexcentimo Quadrag̃mo Octauo.

Matth Lubienſki  
Archiep̃s Gneſnē



Stanisław Skarżyski  
Cancellarius Gneſnē

1648 8/14



...millesimo Sexcentmo Quadragesimo

Handwritten scribbles in the left margin, possibly initials or a signature.









